

F. N. F.

Historia Passionis et mortis
Dominicae, numeris et phrasibus
si Virgiliana ad faciem
mox lib. 1. Ovid.
interpolata.

Ille ego qui nuper gracili modulatus avenam
Carmina, et inscriptum Programma in metra cægi
De Romanorum primis Janij Kalendis.
Nunc alia aggredior; surgens crudelia Christi
Fata necemq; cano, coeli qui primus ab oris
In terras habitu velut Exul paupere venit
Pauper. Multa ille in terris et passus in oris
Letheos summi manuum Genitoris ab iram,
Qui nos eripuit, dona dum tolleret iras
Inferretq; suos Coelo; genus unde piarum
Christianiq; Patres et pressa Ecclesia Mater.
Musa mihi causas memora, quo Numine laeso
quidve dolens summus Christum tot volvere Casus
Insignem pietate virum tot adire labores,
Impulerit? Tantaenam animis coelestibus ira?
Urbs antiqua fuit (Patrum tenuere nepotes)
Salem, adunat montes contra, et maris undam
Rubri: dives quoniam studijq; asperissima belli,
quam duram, perhibent, terris ex omnibus unam
Fort habitis coluisse alios; heic illius ara,
Heic verbum fuit; hoc Regnum quod gentibus esse
Electis voluit, quo se patefecit Abrake;
Progeniemq; suam mortali e sanguine nasci
Decrevit, Stygias olim qui verteret arcas.
Hinc populum late coctum, verbumq; sonantem
Venturum excidio Satana; sic dona volebat.
Ad metueret Satanai, belli memor illius, olim
cum Michaele Poli in celsa quod gesserat arce,
Nec dum etiam causa irarum sevig' dolores
Exciderat animo, fuit alta mente repositum
Judicium summi dona, de semine latum
Foemines: quod sit fracturum colla Draconis.
Hic super accensus molitur perdere natum
HESUM, vel proferri violenta tollere morte.
Et tulit hunc Judaeorum scelerata per arna.

Tract.